UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones quascunque ingenti cum solatio & fructu ...

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 7. Solatium ab hominibus contemptoru[m]

urn:nbn:de:hbz:466:1-50333

Visual Library

contemptus eſſe talis ſim qualem eſſe me vis, nec eſſe alius appeto, hæc mea perfectio eſt, velle quod vis; tum demum velut in ſuo quieſcet animus centro, cum tuæ, mea fuerit conformis voluntas.

§. VII.

Solatium ab hominibus contemptorum.

VIlis eſt hominum de te exiſtimatio, non æſtimaris pro meritis tuis? Hoc te cruciat. Velles honorari à civibus, cõſuli ab extraneis, diligi à magnatibus, coli à parvis, eminere in populo, colligere favores, applauſus excipere plena manu, autoritatem obtinere inter omnes. Hæc tu optas, et ego dico tuam te ruinam optare. Nam ſi exiguus ille honor qui tibi defertur, modo te ſic inflet nimiâ tui ipſius æſtimatione, ut ferendus non ſis; quid fieret ſi excelſo loco ſita eſſet laus tua, ſi volitares per ora hominum & celebrarere multitudinis voce, Angelis & hominibus intolerandus eſſes: Demum Deus læſâ patientiâ ob faſtum tuum cogeretur detrahere te ab iſto honorum faſtigio atque præcipitare in abyſſum opprobriorum perennium cum ſuperbis Angelis eorumque complicibus. Agnoſce igitur modicum illud hu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

manæ æſtimationis tui quod habes, ina
mabilem eſſe favorem creatoris tui, & e
ctum charitatis ejus qui tibi vitam don
ut te ſervaret, non ut perderet. Si judic
ille majora talenta & eminentiores perfe
nes tibi eſſe ad ſalutem neceſſarias, cùm
jus manu cuncta ſint poſita, & qui te an
proſecutus eſt infinito, ea profectò non
traxiſſet. *Qui enim proprio Filio ſuo non p*
cit ut rectè argumentatur Apoſtolus Ro
ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quo
non etiam omnia nobis cum illo donavit.

§. VIII.

Conſtantia Socratis.

EX antiquis Philoſophis celeberrimus
crates cum adſtaret in conſpectu jud
à quibus decretoriam exſpectabat mortis
tentiam, his fertur verbis eos allocutus,
bus hoc caput concludam. *Plato in apol. So*
Si mihi hodierna die diceretis, Judices,
libertati tuæ te reſtituimus, ſed illâ co
tione, ut quam hactenus tenuiſti mordicu
pinionem, deſeras, nec noſtros arguere m
præſumas, næ mihi ridiculi videremini.
nim Imperator veſter certum vobis loc
aſſignaſſet in prælio, profectò vitam po